

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

I. Allegoriis nimis indulsisse Origenem Patres clamant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

170
dignitate derogasse , in qua Adamus , cum in faciem ipsius spiravit Deus , Spiritum sanctum accepit . Verum postremus ille Origenis locus ex proxime precedenti explicandus est : unde apparebit vitam ipsum mortalem cum futura comparasce vita , & exitumque nos in illam prodeentes , ab ortu praeferre imaginem Dei , hoc est , ut ait ipse , *possibilitatem perfectionis divinitus datum* , tum cum crearetur Adamus ; adumbratam vero per recte facta similitudinem , in sequenti avo , sive in *confusione* , omnibus numeris iri absolutum . Quod si imaginem Dei nihil aliud esse voluit Origenes , quam *possibilitatem perfectionis divinitus datum* , ut praesertim Rufiniana interpretatio , sequitur ipsum neutquam censuisse ea Adamum excidisse , quippe quem plena numquam libertate fructurum esse sexentur asseverarit . Eamdem porro imaginis & similitudinis distinctionem retinuerunt Victorinus libr . 1. adversus Arium , & Eucherius Lugdunensis libr . 1. in Genesim , & Nicetas in Thefauro orthodoxa fidei , libr . 4. Hes . 31.

X. Ex superioribus lux conciliatur obscurio ac difficili Origenis loco Tom . 14. in Matth . pag . 356. ubi ab hominibus qui humo formati sunt , eos distinguit , qui ad Dei similitudinem fuere procreati : ὅτε γὰρ τὸν ἄνθροπον , inquit , ἀπέστη ὁ θεός τοῦ αἰτίου τοῦ πατέρος , καὶ οὐδὲ πάλιν εἴκειται ἐν τοῖς πατέροις . Factos quippe ad imaginem Dei homines , interiores homines & spirituales intelligit , sensillum ac corporalium terum contagione immunes . Vnde statim adiicit : οὐτούτῳ γὰρ γνῶντας εἰνόντα , οὐδὲ αὐτοῖς αὐτῷ σχεσόμενοι , εἶπεν οἱ οὐρανοί . Σηκου . Qui carni autem dediti sunt , & fluxus ac fôrdidis rebus delectantur , eos esse statutum virum & uxorem , duos nêmpē in una carne . Similiter Philo hominem ex humo factum ab eo sejunxit & fecerunt , qui ad imaginem Dei creatus est ; sed rem C aliter expiecat ; hunc quippe hominem esse vult & αἰτοῦσιν & ρωτοῦσι , sive hominis ideam , qua Dei menti ineft ; illum vero hominem esse mortalem ac terrenum , ad hujus formam expressum . Inique ergo confuleretur in Origenem , si ex eo loco Praedamitas invexisse homines argueretur , cum alias saepè Adamum ab initio rerum à Deo creatum afferat , ac primum hominem appelleret . Iniquius etiam confuleretur in ipsum , si ex hoc altero , quem exhibet Methodius apud Photium Cod . 235 , erroris eiusdem insimularetur : ὃν εὖ δοῦλον εἴσαι , ὃς πατήσει , καὶ οὐγένος γένος ὁ αἰτίος τοῦ πατέρος , τὸν τεττάρην πατέρα εἰς πότερον τὸν δοῦλον . Υπερέστη δημοσιεύσας . Neque ergo ab Adamo , ut aiunt quidam , homo qui ante non erat , tunc primum formatus in mundum venit : neque rursus mundus ante sex dies quam fieret Adam , condi captius est . Non hic quidem Praedamitas , ut dictum D est , sed pejus quid fingit ; nempe ante hunc mundum mundos alios extitisse . Ait quippe Methodius ibi ipsum de Universi aeternitate differere .

QVÆSTIO DECIMA TERTIA.

DE ALLEGORICA SCRIPTVRÆ INTERPRETATIONE.

I. Allegoriam nimis indulſisse Origenem Patres clamant . II. Varia afferuntur loca in quibus literam vīsus est pessum dedisse . III. A quibus morem hunc interpretanda Scriptura E acceperit , exquiritur . IV. Idem aliquando suam litere dignitatem servat . V. Refelluntur Eustathij Antiocheni adversus Origenis allegorias querelæ .

I. **V**ANDO QVIDEM Theologia fundamentum est Scriptura sacra , & ex perversis fere sanctorum Librorum interpretationibus heres profectæ sunt , plurimum Reipublicæ Christianæ interest , salvos eorum fortisque servare sensus , & nimium in ea explicanda ingenio suo permittentium hominum quorundam licentiam coercere . Propositum id unice fuit veritatis Ecclesiæ Patribus , ut ex pernisiis illorum aduersus Scripturæ corruptores velitationibus intelligimus ; adeo ut Origenes , quod in divinis Voluminibus ediferendis pessumdato nonnumquam , vel neglecto historico sensu , allegoricis expositionibus rei veritatem oblimasset , multorum insimulationes vivus videntisque expertus sit , ut ipse queritur Homil . 13. in Genes . si ergo incipiam & ego , inquit , Veterum dila dicutere , & sensum in eis querere spiritalem , si conatus fuero velamen Legis amovere , & ostendere allegorica quæ scripta sunt , fido quidem puto ; sed statim mihi movebunt clannias amici litteræ , & insidiantur mihi , inimicities continuo , & persecutiones parabunt , veritatem negantes stare posse nisi super terram . Et quoniam perlate patet iste error , multotumque errorum veluti seges est , idcirco è novem criminationibus à Pamphilo in Apologia collectis , quarta & sexta eo pertinere reperiuntur . Theophilus quoque Paschal . 1. Quæ enim illam ratio , inquit , quis disputationum ordo perduxit , ut allegorie umbris & casis imaginibus Scripturarum solletet verita-

A tem? Veritatem historie, ait Epiphanius Epist. ad Ioh. Hieros. cap. 2. allegoria depravans mendacio infinita verba multiplicat: quod eidem obicit Hær. 64. cap. 4. adiicisque ad falsarum opinionum præsidium testimonia Scriptoribus sacris perperam afficta ab eo afferri. Eadem de causa hunc culpat Hieronymus in Epist. 61. ad Pammach. cap. 3. At in cap. 10. Danielis, nomini Origenis pepercit, rem ipsam coarguit. Coargunt & Basilius Hom. 9. in Hexaem. & Chrysostomus Homil. 13. in Genes. & Augustinus libr. 13. De civit. Dei, cap. 21. & libr. 8. De Genes. ad liter. cap. 1. & Anastasius Sinaia libr. 7. Anagog. Contemplat. & Michaël Glycas Annal. part. 4. & Nicetas Choniates in Thaefaco orthod. fid. libr. 4. Hær. 31. & his omnibus antiquior Euystathius Antiochenus in libro De engastrimytho; cuius incursiones in Origenem & assultus infra retundemus.

B II. Iurene an iniuria lis ea adversus Origenem mota sit, videamus. Sæpe quidem historicum sensum proculandum ac contemendum esse docet: velut libr. 6. contr. Cels. ἡ γένους διοctētēi, πῶς ἐπείρη ζωτοῖς. γένους μὴ τὸ εἰσώμενον εὐθὺς τὸ θεῖον γεννήσατο, ποιῆσας τὸ γεννήσαν. Ibidem imperita eos arguit qui rebus procreandis sex veros dies Deum insulfisse putant: & libr. 7. refellens Cellum, qui instituta quædam Christi Mosaicæ Legi contraria esse pugnabat, duplè esse Legem respondet, alteram iuxta litteram, alteram juxta intellectum; Legem quæ est τὸ περὶ τὸ περὶ, ab Ezechiele appellari. *Ad Ezech. 20.*

καρδίας εἰ καὶ τὸ περὶ τὸ περὶ, τὸ περὶ τὸ περὶ, at Legem quæ est τὸ περὶ σπλανξ, ab eodem Propheta *21.*

δικαιοῦσαν τὸ περὶ τὸ περὶ, & τὸ περὶ τὸ περὶ nuncupari. Idem Homil. 6. in Genes. *Q. a nobis,*

inquit, adiutorio erit legentibus Abraham tantum Patriarcham, non solum mentium esse Abimelech

C Regi, sed & pudicitiam conjugi prodiisse? Quid nos adiutori tanti Patriarche uxori, si pretetur contaminationibus exposita per connivitatem maritalem? Hec tudei potest. & si qui cum eis sunt literæ amici, non spiritus: & Homil. 10. sequenti: Sæpe iam dixi quod in his non historiae narrantur, sed mysteria contextuntur. Homilia vero 2. in Exod. Si secundum historias narrationem suscipienda essint que scripta sunt, videtur hoc quod dicit Scriptura, quia non fecerunt obstetrices secundum quod precepit ei Rex Ægypti, stare non posse: & paulo post: Hec interim propter eos qui amici sunt literæ, & non portant Legem spiritalem esse, & spirituiter intelligendam. Sed nos qui omnia que scripta sunt, non pro narrationibus antiquitatum, sed pro disciplinis & utilitate nostra didicimus scripta, &c. & deinde: Quia timebant obstetrices Deum, fecerunt sibi domos: quod dictum nullam consequentiam secundum literam habere posse: & postea: Nolite putare, ut sepe iam diximus, veterum vobis fabulas recitari, D sed doceri vos per hac, ut agnoscatis ordinem vitæ. Homilia sequenti hæc scribit: Et tu ergo nisi ascenderis ad montem Dei, & ibi occurseris Moysi, id est nisi excelsum Legis ascenderis sensum, nisi ad spirituitalis intelligentiae cacumen evaseris, non est os tuum apertum à Domino. Si in humili loco litera steteris, & historia textum Iudaicæ narrationibus innectas, non occurrit si Moysi in montem Dei, nec os tuum aperit Deus, neque instruxit te quæ oporteat te loqui. Homilia 11. in librum eundem talia quoque offendas: Si quis est, qui legens Moysen murmurat adversus eum, & difficiet ei Lex quæ secundum literam scripta est, quod in multis non videtur servare consequentiam, estendit ei Moses Petram, quæ est Christus, & adducit eum ad ipsam, ut inde bibat, & reficiat sicut fumum. Homilia 3. in Levit. Iudeos inepte & inutiliter servasse ait præceptum, quo immundorum & cadaverum contactus prohibetur, atque id allegorice intelligendum esse tradit, quod & in Homil. 7. in E Levit. multis inculcat. Præterea Homilia eadem 3. præceptum Levitici exponens, quod pro peccato non spontaneo arietem immaculatum sicut sancto emptum offerri jubet, secundum literam absurdum id esse decernit, & ad spiritualem expositionem trahit Homilia 4. ad mandatum de azymis, quæ quisquis tetigerit, sanctificatum iri Lex sancit, sic ait: Enimvero nullo modo vel rei natura, vel veritas religiosus hoc recipit, & ideo redundam nobis est ad expositiones Evangelicas aigue Apostoli, ut Lex possit intelligi. Nisi enim velut men abstulerit Evangelium de facie Moysi, non potest videri vultus ejus, nec sensus ejus intelligi. Vide ergo quomodo in Ecclesia Apostolorum discipuli aucti hi quæ Moses scriptis, & defendunt ea, quod & impleri queant, & rationabiliter scripta sunt: Iudeorum vero Doctores, & impossibilitas hac & irrationalitas sequentes literam faciunt: quibus consimilis habentur Homil. 9. in Iosue. Hæc insuper commentatur

F Homilia 5. in Levit. ad Moysis præceptum de hostia pro peccato, quod extat Levit. 6. 25, & seq. Hæc omnia nisi alio sensu accipiamus, quam literæ textus ostendit, sicut sep̄ jam diximus, cum in Ecclesia recitantur, obstatum magis & subversionem Christianæ religioni, quam rationem, adificationemque præstabant. Addit postmodum Scripturam confare corpore, anima, & spiritu: litera nimurum, sensu qui intri ipsam comprehenditur, & umbra quadam rerum coelestium; corpus usui fuisse iis qui nos præcesserunt, nobis animam, spiritum iis qui cœlestem hereditatem consequentur: multis deinde interjectis ait: Triplicem namque in Scripturis divinis intelligentia inveniri sepe diximus modum, historicum, moralcm, & mysticum: unde & corpus inesse ei, & animam, ac spiritum intelleximus. Apertissimum vero quod legitur Homil. 7. in Levit. si adsideamus litteræ, & secundum hoc vel quod Iudeis, vel id quod vulgo videtur, accipiamus quæ in Lege scripta sunt, erubescere dicere & confiteri, quia tales Leges dederit Deus: videbuntur enim magis elegantes,